



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

7 de Rebus quæ vendi non possunt, ob prohibitum earum commercium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

moditatem, & fructus quos ipse percepturus esset. In necessariis. §. de peric. & commo. rei vend. P. Larboribus. §. usufructuarius. de usufructu. C. de annuis redditus emi potest. l. udemus. in 2. quest. 14. in fin. C. de sacro. eccles. §. vult enim. de non aliena. reb. eccles. in Authent. non autem fructus personalis vsum. qui nec cedi. nec legari alteri qua domino, seu proprietario. potest. d. l. si vsum. fructus. de iure dotis. l. si usufructuarius. de noua. §. si vsum. & habitatio. l. si nec locabunt. l. plene. §. si vsum. eo. in. P. l. corruptionem. C. de usufructu. qui & fructus rei suae ad certum vique tempus vendere potest. Petrus Jacobi. in praxi ritu o de gargeria. lex in l. si debitor. 39. de contrahend. emi. in P. Sicuti & promittere alicuius rei futuros. pro quibus tunc incipit deberi actio. cum per rerum naturam praestari poterunt. l. inter dum pure 73. & l. ubi autem. 75. §. si nuda. de verbob. oblig. ¶ Permittit tamen & ius vendere fructus herbarum. l. qui sspulul. 68. §. frumenta. qua in herbis. de contrahend. emi. P. dicunt Galli. le seme & la cueillete. vel fructus in herba. Efficit tamen nimia habendi cupiditas aliquorum. vt lex fieret ad interceptiendos fraudes negotiatorum. ne fructus in herba. antequam maturefcerent. emerentur. quae a Carolo Magno sit. de prohibitione alienationis futurorum fructuum. l. 2. legem Longobardorum. primum lata. deinceps a Ludouico vndecimo. constitutio. Ludo. 11. annis 148. 2. artic. 1. & subinde a Francisco primo huius nominis Rege. constitutio. Francisci. tit. de la traicte des blez repetita.

De rebus quae vendi non possunt. ob prohibentur eam commercium. Cap. 7.

- 1. Vendi. quae non sunt in commercio. non possunt.
2. Homo liberi venditio non valet. Et quando. si. sineatur. eod.
3. Puer filium tempore famis licite vendit. non etiam mater.
4. Vendi non possunt res diuinae & sacrae.
5. Sacra quibus modis profanari reddantur.
6. Publica res a priuatis vendi nequeunt impune.

Natura tamen liber homo ab emtione eximitur. §. final. de emi. l. si in emtione. §. liberum. de contrahend. emtione. Sultinetur tamen inter ignorantem liberum esse venditum. etatenus vt emtor conlequatur quanti sua interest non em. si telem. l. liberi hominis. 70. §. l. & liberi. 3. §. l. 4. §. l. sed Colus. 6. de contrahend. emtione. quod pertinet autem ad liberum venditum corruit. eo quod pretio res vendita estimatur legitime in emtione. l. de contrahend. emtione. P. libertas autem inestimabilis est. l. libertas. de regulis iuris. cum similib. lib. nota. vt & liber homo. l. §. sed cum homo. de iis qui deiecer. P. Qui tamen. si seipsum vendi patiatur. maior viginti annis. l. si miserum. de liber. causis. ad pretium participandum. l. non ideo. eod. titul. de liber. causis. sciens conditionem suam liberam. l. si quis sciens. §. liberi. de liberal. cau. P. ignorante emtore. priuatur libertate. & vt seruus perpetua mancipatur ex illa venditione seruituti. sine spe redeundi ad libertatem. §. serui autem aut nascuntur. de iure personarum. l. §. seruorum. & l. homo liber. de stat. homin. Hermogen. l. cum patto. 40. de liberal. causis. lib. 40. P. tit. 1. 2. velut indignus qui abusus eadem ita torq. de. ca. priuilegi. um. 11. quest. 3. vt neque proximi eius qui hoc admisit. quamuis. ignominia seruitutis. labem illis inferat. reuocare possint libertatem officio iudicis. nec alio modo rei vindicationis remedio. in l. melas. §. si libertate. de capti. dimissionem. quod alioquin possent. si non interuenisset pretii patto. l. 2. 3. 4. §. de libera. causis. P. de rei vindicatione. P. Locuti autem nos sumus de plagiaris in criminibus proprio titulo. quocirca de illis nec verbum aliud adieci. sed eo lectorem reiciam.

Licit aliquando iure civili. t patri filios vrgente necessitate famis vendere. conseruata redimendi potestate. l. 2. de patri. bus qui filios distrah. Cod. vide Azon. in Summa. de contrahend. emtione. C. Et iure antiquiori ter vendere licebat. imo & occidere. que fufe alibi tractauimus in effectibus patriae potestatis. vbi ea videbis in personarum explanatione. Sed num patri tempore famis liceat quoque filium vendere. expeditur non licere. Hostiens. in Summa. & fac. d. l. 2. de patri. qui fil. distrah. Cod. quia nec transactio matris ferui filii sunt. l. transactio matris. 26. Cod. de transact. nec in iure concessum inuenitur. nec habent liberos in potestate. §. femina. de adop. l. nulla. de suis & legit. in P. ¶ Natura tamen quoque non patitur res diuinas. & sacras venire in venditionis commercium. l. sacra loca. §. final. de rerum diuisionem. l. inter stipulatem. §. sacram rem. de verbob. obligat. Qui emit Simoniacus. qui vendit Giezita dicitur. a duobus huius iceleris auctoribus. Simone Mago. & Giezi. de quibus & de simonia copiose dictum a nobis est in criminibus. inter crimina laesae ma-

iestatis diuinae proprio titulo de simonia Quare nec sacerdotia nec sacramenta. nec impetium vendi poterunt: maxima enim sunt dona Dei. sacerdotium & impetium. illud diuinis ministrans. hoc humanis. §. l. quomodo oportet. episcop. & ceteros cleric. Et in Authent. cap. ex infirmatione. de simo. l. si quemquam. 29. de episcop. & cleric. Cod. Nemo sanctorum reliquias diltrahat. l. 3. de sacrosanct. eccles. Et Gordianus statuit. non solum sacrarum. vel destinatarum religioni rerum venditionem nullam esse. verum etiam quoque eas scienter ementes & vendentes. reos esse laesae religionis. l. de sepul. violat. lib. 9. Cod. tit. 19. Iugentium quippe ea nullius esse voluit. quae sacra. religio. Deo dicata sunt. sed diuini iuris. §. nullius. de rerum diuisionem. nec loca sacra aut religio. quasi non in rem actione peti possunt. Paul. in l. in rem actio. 24. §. 1. de rei vindic. Si tamen aliquid sacrum modicum cum rebus prophanis veneat. non res. inditur venditio. sed pro eo quod per se non poterat vendi. agitur per consequentiam ex vendito. Vlpian. in l. hanc legem. 22. §. l. in modicis. de contrahend. emtione. P. Quaedam enim spiritalia & religio. per se separatim vendi nequeunt. quae tamen ex consequentia in emtorem puri loci. vel rerum profanarum. per vniuersitatem transeunt. l. ad sacra. 73. §. 1. de contrahend. emtione. P. vt & ius patronatus ecclesiasticum. quod cum per se vendibile non sit. c. quia clericis. c. 16. de iure patronat. ap. Greg. transit tamen cum venditione vniuersorum. cum Bertoldus. de sentent. & re iudicat. c. ex literis. de iure patron. c. cum fructum. eod. tit. vt pleraque alia quae per se inalienabilia sunt. cum vniuersitate transeunt. l. quaedam. de acquir. rerum domin. P. l. si mercedem. §. 1. de action. emi. l. si sepulcrum. §. 1. de religio. Cod.

Cessabit tamen ratio prohibitionis. si res sacra profana fiat: quod quamuis fieri non debeat. l. in tantum. §. quod semel. de rerum diu. §. sacra. eo. ap. Iustinian. c. que semel. 19. q. 3. & semel Deo consecratum. non debeat ad vsum hominum transferri. tamen aliquando contingere posse creditum est: vt si capiantur res ab hostibus. l. cum loca. 36. de religio. & sum. sume. P. can. pastoralis. 7. q. 1. vide quae diximus de modis extinctionis beneficiorum. in personis ecclesiasticis. dum de beneficiis egimus. conflatione. vel confectione vaforum factorum. Authentica praeterea. C. de sacrosanct. eccles. §. ad emtione factorum. vt si caput hominis sepulci adimatur sepulcro. l. cum in diuersis. & l. antepen. de religio. & sum. sume. & euocatione. qua loca facta liberari a sanctitate solent. & pura sunt & profana. l. sacra loca §. sacer. de rerum diu. P. Erant & apud antiquos constituti senes ad coemtionem factorum faciendas. interimendorum factorum gratia. vt ait Cicero pro Murena. ¶ Res quae sunt in publico vfu. vendi quoque non possunt. §. si de emtione. apud Iustin. l. si in emtione. §. comm. eod. P. potissimum a singulis: quia singulorum non sunt. l. 1. §. ea autem. de rerum diu. P. cum similib. sed vniuersorum. Quare P. Scipio Numantia delecta. cum domum reuertit decreuisset Iugurtham secreto monuit. vt potius publice quam priuatim. amicitiam populi Romani coleret. neve aliquibus largiri infuefceret: periculose a paucis emi. quod multorum esset. Sallustius in principio belli Iugurthini. Punivit lex aliquando publicas res vendentes vltimo iupplicio. vide l. 3. §. 4. quae res vendi non poss. C. verum illam legem emendauit Leo constitutione nouella 62. tit. πελ. τῆς κοδ. ἀπερὸς τὸν τὶ ἀναμ. π. α. ἀνομήσων τὶ ἀναμ. π. α. γ. & ad quadrupli poenam reduxit.

De Venditione & Alienatione rerum temporalium ecclesiasticarum prohibita. Cap. 8.

De non alienand reb. ecclesiast. in Authen. collat. 2. tit. 1. Lib. 3. Decret. tit. 3. Lib. 3. Sexti. tit. 9. In Clement. Lib. 3. tit. 4. 1. q. 2. in decreto Gratiani.

- 1. & 2. Ecclesia res immobiles. iure communi inalienabiles. & alienantium poena. eod.
2. Manus mortuae ecclesiae cur dicatur. Collegio una bona inalienabilia. eod.
3. & seq. Ecclesia res quibus concurrentibus. & quomodo alienari possunt.
4. & 5. Alienationis rerum ecclesiasticarum causa debet esse necessaria & utilis.
6. Utilitatis causa alienata quando. & quomodo utilitatem consideratam habeant.
7. Redemptio captiuorum. & pia cause permittunt ecclesiasticarum rerum alienationem.
8. Republica ciuitatis. inuicem. ecclesia rebus vendendis. eadem requiritur se emittit.

